BIBLIA LATINA, BD. 2

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 151r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eius unum. et reuertetur omnis
terra usque ad desertum. de colle
ad excelsum remon ad austrum
Iherusalem exaltabitur et habitabit in lo
co suo a porta beniamin usque ad lo
cum porte prioris. et usque ad portam
angulorum. et a turre ananahel
usque ad torcularia regis. et habitabunt
in ea. et anathan non erit amplius.
sed sedebit iherusalem secura. Et hec
erit plaga qua percutiet dominus
omnes gentes. que pugnauerunt
aduersus iherusalem. tabescet caro
uniuscuiusque stantis super pedes suos
et oculi eius contabescent in fora
minibus suis. et lingua eorum con
tabescet in ore suo. In die illa erit
tumultus domini magnus in eis
et apprehendet uir manum proxi
mi sui. et conseretur manus eius
super manum proximi sui. Sed et iu
das pugnabit aduersus iherusalem
et congregabuntur diuicie omnium
gentium in circuitu. aurum et ar
gentum. et uestes multe satis. et
sic erit ruina equi et muli. et came
li et asini. et omnium iumentorum
que fuerant in castris illis sicut
ruina hec. Et omnes qui reliqui
fuerint de uniuersis gentibus que
uenerunt contra iherusalem. ascendent
ab anno in annum. ut adorent re
gem dominum exercituum. et cele
brent festiuitatem tabernaculorum.
Et erit qui non ascenderit de fami
lis terre ad iherusalem ut adorent
regem dominum exercituum non erit
super eos ymber. Quod et si familia
egypti non ascenderit. et non uenerit
nec super eos erit. sed erit ruina qua
percutiet dominus omnes gentes
que non ascenderunt ad celebrandam
festiuitatem tabernaculorum. hec erit
peccatum egypti. et hoc peccatum omni
um gentium que non ascenderint
ad celebrandas festiuitates taber
naculorum. In die illa erit. Quod
super frenum equi est sanctum domino erit. Et
erunt lebetes in domo domini
quasi phiale coram altari. et erit
omnis lebes in domo domini in ihe
rusalem. et in iuda sanctificatus do
mino exercituum. Et uenient om
nes immolantes. et sumentes ex eis
et coquent in eis. Et non erit mer
cator ultra in domo domini exerci
tuum in die illa. Prologus in ma
lachiam prophetam.

Malachias aperte et in fine
omnium prophetarum de
abiectione iherusalem. et uoca
tione gentium. Non est michi ait
uoluntas in uobis dicit dominus
exercituum. et munus non suscipi
am de manu uestra. A ortu enim
solis usque ad occasum magnum est
nomen meum in gentibus. et in
omni loco sacrificatur. et offertur
nomini meo oblatio munda. Incipit
Malachias propheta.

Onus uerbi domini
ad israel. in manu ma
lachie prophete di
lexi uos dicit domi
nus. Et dixistis.
In quo dilexisti uos. Nonne frater

Zacharias Malachias. Incipit malachias propheta.